

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Caro siue corpus t  
cum uariis

Attende, homo, quid fuisti ante ortum, et quid es ab ortu usque ad occasum, atque quid eris post hanc uitam. Profecto fuit quando non eras, postea de uili materia factus et in uilissimo panno inuolutus menstruali sanguine in utero materno fuisti nutritus; tunica tua fuit pellis secundina. Sic indutus et ornatus uenisti, nec memor es quam uilis sit origo tui. Forma, fauor populi, fero[u]r iuuenilis, opesque subripuere tibi noscere quid sit homo. Nichil enim aliud est homo quam sperma fetidum, saccus stercorum, cibus uermium. Post hominem uermis, post uermen fetor et horror. Sic in non hominem uertitur omnis homo. Cum fex, cum limus, cum res uilissima simus. Vnde superbimus? Ad terram terra redimus.

Ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

attende] oi *add. (del. intra)* B; es] est (*cor. intra*) B; utero] vero L<sup>2</sup>; uenisti] venusti L<sup>2</sup>;  
tui] tua P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; subripuere] subripuese V<sup>1</sup>